

DE ROMA ANTIQUA

Roma condita est anno a.Ch.n. septingentesimo quinquagesimo tertio. Sub regibus civitas fuit usque ad annum quingentesimum decimum. Ab eo anno duo consules quotannis creabantur, qui rei publicae consulerent.

Anno a.Ch.n. quadringentesimo sexagesimo tertio Romae centum quattuor milia septingenti quattuordecim incolae censi sunt. His rei publicae temporibus acriter pugnatum est et cum Italiae gentibus de imperio et inter patricos ac plebeios de pari in civitate iure.

Anno demum ducentesimo sexagesimo quinto tota Italia in potestate Romanorum erat. Romani Carthaginem et Corinthum anno centesimo quadragesimo sexto et Numantiam (in Hispania) anno centesimo tricesimo tertio diruerunt et omne mare internum in potestate sua habuerunt.

Sed ab eo anno usque ad annum tricesimum a.Ch.n. in ipsa re publica omnia bellis civilibus permiscebantur. Anno sexagesimo tertio Catilina calamitatem rei publicae parabat, sed Ciceronis vigilantia coniuratio eius oppressa est. Anno tricesimo Augustus rem publicam civilibus bellis fessam suscepit imperiumque Romanum stabilivit. Temporibus Augusti Roma caput mundi fuit. Nam Augustus multa et magna opera in urbe confecit. Inter haec novum forum, quod Forum Augusti appellatum est. In monte Palatino templum Apollinis aedificavit. Nunc Romae undique ruinae, vestigia antiquae gloriae Romanae, videntur.

INTERROGATIONES:

1. Ve kterých letech byl Řím v moci králů?
2. Kolik měl Řím obyvatel v roce 463?
3. Kdy dobyli Římané Kartágo?
4. Ve kterém časovém rozmezí byla římská republika zmítána občanskými válkami?
5. Jak je označena Katilinova rozvratná činnost?
6. V kterém období byl Řím označován za hlavní město světa a jak zní latinský termín?
7. Kde stál Apollónův chrám?

census, a, um – spočítaný, odhadnutý, zapsaný v seznamu; conditus, a, um – založený; conficio, ere, feci, factum – vykonat, dokončit; diruo, ere, ui, utum – rozbořit; fessus, a, um – znavený, vyčerpaný; ius, iuris, n. – právo; opprimo, ere, pressi, pressum – potlačit, zničit; opus, operis, n – dílo, práce, výtvar; par, paris – stejný, rovný; permisceo, ere, miscui, mixtum – smíchat, pomíchat, uvést ve zmatek či nepořádek, vzbouřit; stabilio, ire, ivi, itum – ustálit, upevnit; suscipio, ere, cepi, ceptum – chytit, zdvihnout, ujmout se něčeho; vestigium, ii, n. – stopa, zbytek, troska; vigilantia, ae, f. – bdělost, ostrážitost